dis apostolice indulgentias memoratos fratres temere perturbare presumunt, molientes contra nostre plenitudinem pote|statis, dum indulta nostra irreverenter impugnant. Nos igitur, qui predictos fratres speciali prerogativa dilectionis et gratie amplexamur, utpote qui iugiter offeren|tes domino suorum vitulos labiorum[11)] non solum nobis sed etiam universali ecclesie piis intercessionibus incomparabiliter suffragantur, nolentes huiusmodi vexationibus | eorum sabbati amaricari quietem, quos potius tenemur omnimodis consolari, universitatem vestram monemus et hortamur attente ac per apostolica scripta pre|cipiendo mandamus, quatinus predictos fratres ob reverentiam divinam et nostram habentes in visceribus caritatis eis privilegia et indulgentias apostolice sedis eisdem con|cessas inviolabiliter conservetis et faciatis ab aliis conservari, salva moderatione concilii generalis, videlicet ut de alienis terris a tempore predicti concilii acquisi|tis et de cetero acquirendis exolvant decimas ecclesiis, quibus ratione prediorum antea solvebantur, nisi aliter cum eis duxerint componendum[12)], alias quoque dic|tos fratres ab incursibus malignorum taliter defendatis, quod defensores iustitie ac pietatis probemini amatores deumque vobis propitium et nos reddatis exinde | favorabiles et benignos. Dat. Laterani II id. februar. pontificatus nostri anno quinto.

(B.)

67.

Papst Honorius (III.) verfügt zugunsten des Abtes von Cîteaux, seiner Mitäbte und Ordensbrüder, daß es keinem Legaten des apostolischen Stuhls gestattet sei, ohne besonderes päpstliches Mandat über die Zisterzienser die Exkommunikation bzw. Suspension auszusprechen oder über deren Klöster das Interdikt zu verhängen.

(1221) Februar 12, (Rom) Lateran

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 234 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 30,2 cm breit, 22,3 cm hoch, Plica 1,7 cm — littera (cum serico) — Besieglung verloren (2 Schnitte in der Plica und im darunterliegenden Pergament).

Kuriale Vermerke:
Recto: auf der Plica, rechts: S
Verso: —

Register: wie Città del Vaticano, A. S. V., Reg. Vat. 10, fol. 38, Nr. 178 zu 1218 Dezember 22 (R).

Edition: Privilegia ord. Cisterciensis, fol. XIIrv zu 1219 Dez. 2 — Manrique IV, S. 146 = Horoy III, Sp. 80, Nr. LXXIX zu 1218 Dez. 22 — Meschet, S. 29 f. zu 1219 Dez. 2 — Dreger, S. 95, Nr. Lf = CD Pomeraniae I, S. 274 f., Nr. 120 zu 1218 Dez. 20 — Mon. Boica, Bd. 6, S. 364 f., Nr. VII zu 1218 (hier fehlerhaft: 1219) Dez. 29 — Büsching, S. 78 f., Nr. XXIX zu 1220 Apr. 27 — CD Moraviae II, S. 126 f., Nr. CXXII zu 1222 Jan. 19 —

11) *Vgl. Osea 14, 3.*
12) *Vgl. Concilium Lateranense IV, c. 55 (ed. García y García, S. 95 f.; Übersetzung: Dekrete der ökumenischen Konzilien, Bd. 2, S. 260).*